



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

I. Vt episcopi pecuniam ab ordinandis non accipient.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

- ANNO
CHRISTI
1199.
- contrahendis matrimonii ob-
seruando.
 - VII. Ut clericis tonsuram teneant
clericalem.
 - VIII. Ut laici a rebus ecclesiasticis
abstineant.
 - IX. Excommunicantur thesau-
rorum ecclesiasticorum detento-
res, & qui Latinos in serui-
 - X. Excommunicantur illi qui uxo-
res sine iudicio ecclesie dimis-
tunt.
 - XI. Ut nothi ad sacros ordines non
accedant.
 - XII. Ut nullus ante trigesimum
annum ad sacerdotium promo-
ueatur.

P RÆF A T I O.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Nos Ioannes capellanus, & Simon subdiaconus domini Innocentii papæ IIII. apostolicæ sedis legati, ad euellenda nocia de agro dominico, & virtutum plantaria vtiliter inferenda, videntes multa in clero & populo Dalmatiae & Diocliæ corrigenda, de sanctorum patrum Conciliis decreta præsentia duximus innouanda.

CAPITVL A.

I.

Matth. 10. In primis itaque decernimus, ut nullus episcopus aliquem ad sacros ordines per pecuniam promouere, seu ecclesiastica beneficia alicui precio interueniente concedere præsumat. Cum enim Dominus præceperit apostolis: *Gratis accepistis, gratis date,* & Spiritus sancti gratia venalis esse non possit, quæ confertur in sacris ordinibus, graui puniendus est poena, qui Spiritus sancti dona venalia exponere non veretur. Quocirca præsenti decreto statuimus, ut quicumque episcopus hoc agere conuictus fuerit, omni ecclesiastica careat dignitate: & sine spe restitutionis, tam ille qui dederit, quam ille qui scienter sacros ordines pecunia interueniente receperit, perpetuo deponatur.

II.

Cum Domini sacerdotes, & si qui sacro alta-
rio